

Relij Antonij Mebrissen. Rele
ctio nona de accentu latino
aut latinitate donato
quam habuit Sal
mãtice. iij. id^o
iunias an
no. d.
liij.

Caesarij Antonij Hebriffensis grāmatici ⁊ rhetoris repetitio nona de
accentu latino: aut latinitate donato. quam habuit Salmantice. iij.
idus iunias. Anno. AD. d. xiiij.



Si omnes discipuli

ne: que actione aliqua siue premeditatione
terminant: maxima ex parte circa res dif-
ficiles ambiguas incertasq; versent: tamē
ppellori quodā modo id cotidie in relit-
teraria expimur. Atq; vt omittam⁹ illas:
que sunt nobis inspirata diuinit⁹: quibus
nihil certius esse potest: quid ē quod hu-
mana diligentia possit assequi: nisi alluci-

nans ⁊ quasi per noctis ymbbras aliquid explorans? Itā illa que p̄mū
certitudinis gradū obtinere dicitur matheseos doctrina: tantis ho-
die tenebris inuoluta est: vt pauca illius vestigia extēt. Nam de phy-
sicis quora pars rerū est inuēta: quas natura in sinu maiestatis sue re-
posuit: Excutiam⁹ nunc artes illas: quarum finis est actio: atq; civilē
imprimis: que intra se omnia illa cōplectitur: quib⁹ humana societas
cōstat. Accipe quid d̄ illa philosophorū maxim⁹ dicat. Iusta inquit ⁊
honestā de quibus civilis considerat: tātam varietatem ⁊ discrepantiā
in se habent: vt lege dumtaxat ⁊ consuetudine: non autem natura cō-
stare videāf. Ad medicina quoq; siue sit illa methodica. siue clinica. siue
empirica: nihil incertius excogitari potest: cū pro loci. pro tēporis. p̄
aetatis. pro medicamētorū ratione labet: atq; subinde nouitatibus vi-
cta mutet. Nolo nūc cōmemorare aliarum artium incōstantiā. venio
ad grāmaticē cui ratio dicendi cōiuncta est. que cū sit ex diuersorū tem-
porum autorib⁹ aut ex contēporaneis discrepantibus collecta: nihil
ppemodū certi ac definiti de ea tradi potest. Quare illud vnicū tan-
tē ambiguitatis remediū est nobis reliquū: vt optimi cuiusq; autori-
tati innitamur. Qui sint autem optimi: aut qui alijs prestantes alibi
est a nobis copiosius disputatū. At qui hoc in loco subsiciet mihi quis-
piā: cur in illis meis introductionibus latinis: que sunt a me iam p̄dē
edite: relicta illorum qui sunt ex classe prima scriptorū autoritate: se-
cutus sum minus idoneos. Et cū de accētū latino regulas pponerez:
cur illas ex neotericis atq; nullius autoritatis autoribus cū longela

1. ut pote
et e de lavi
tis

teq; paterēt in angustias quasdam coarctarim: Aut quid mihi venit
in mētem: vt cum Quintilianus libro primo institutionū oratoriarū
latini accent⁹ regulas simpliciter ⁊ sine vlla exceptione traderet: ego
illas in arcum quendā locū augēs artis difficultatē cōtraxerim: hoc
est in nigrū candida vertere. in tenebras splendore conspicua. Apud
nos inquit ille: accentus latini ratio breuissima est. Namq; in omni vo
ce: acuta intra numeruz triū syllabarū cōtinetur: siue hē sint in verbo
solē: siue vltimē. et in his aut proxima extreme: aut a fine tertia. Triū
porro de quib⁹ loquimur media longa aut acuta erit: aut flexa. eodē
loco breuis vtiq; tertiam acuet. Est autē in omni voce vtiq; acuta: s;
nūquam plus vna: neq; vnquam vltima. ideoq; in bisyllabis prior.
Præterea nūquam eadem flexa ⁊ acuta: quia eadem flexa ex acuta.
vtiq; neutra claudet vocem latinā. Ea vero quę sunt syllabę vnus:
erunt acuta aut flexa: ne sit aliqua vox sine acuta. Quid apertius dici
potuit: aut quid simplicius? Atq; vt eandem præceptionem nobis in
culcaret: idem sepe sed alijs verbis repetit. Est inquit in omni voce
acuta syllaba: neq; vnq; vltima: ideoq; in bisyllabis prior. et subdit:
quod neq; flexa neq; acuta claudet vocem latinam: quia vt dixit ac
centus acutus in penultima aut in antepenultima: circūflexus in vl
tima aut in proxima a fine semp collocari debet. Idē quoq; autor li
bro eiusdē operis duodecimo vbi oratores officio instruit: moribusq;
informat. Accentus inquit cū rigore quodā. tum similitudine ipsa mi
nus suaves habemus: quod vltima syllaba neq; acuta vnq; excitat:
neq; flexa circūducitur: sed in grauē vel in duas graues cadit semp. U
des quēadmodū p abnegationem vtrobiq; interponit decretum irri
tans: cū dicit neq; vnq; vltima. ⁊ vtiq; neutra claudet vocem latinā:
sed in grauē vel in duas graues cadit semp. Quam generalitatē nul
lis coarctat limitibus: nulla exceptione cōtrahit nullis præscribit fini
bus. Quid igitur sibi voluit: quod in calce nostrarū introductionum
diximus accentus latini regulas tot modis fallere? ac primo quidem
distinctione. hoc est differentię causa. Secūdo abscissione. Tertio at
tractione. Quarto interrogatione. Nam de sinapia hoc est consequen
tia ⁊ de idiomate postea differemus. Ego tibi o amice: vt ingenue ve
rum fatear: quo tempore rudimēta illa in vulgus e didi: non putaram
tāto consensu omnes hispanos meos in sentētiā meā ituros. Itaq;
non fuerā ausus immutare quicquaz ex ijs vocationibus quę illorū
auribus iam pridē infederant: cū præsertim essent antozes: quib⁹ pos
sent errata sua defendere. Nam quis mihi crederet: si iam inde a prin

cipio dedissem praeceptū: qđ in cremētis verborū pferendū esset ama
uerim⁹ amaueritis. docuerim⁹. docueritis z similiter cadētia: accētū in
penultima circūflexo: Atqui tā nemo est vel mediocriter doctus: qui
nō ita pferat. tātum potuit efficere iūcta cum ratione auzitas. Qđ
spero etiā futurū in ijs vocib⁹: de quib⁹ impraesentiaꝝ disputaturi su
mus. Fallūt in quā regule supiores: z primo quidē distinctione: hoc ē
differētie causa. Idē quosdā putasse debere fieri Quintilian⁹ refert.
Ceterū iam scio inqt eruditos quosdā z nōnullos etiam grāmaticos
sic docere ac loq: vt ppter quedam vocū discrimina verbū interi acu
to sono simāt: vt in illis. quē circū littoꝝa circum piscosos scopulos: ne
si graū posuerit secundā: circus dici videat: nō circuitus. Quod nul
lo modo posse dici Quintilian⁹ statim ostēdit dicēs Adhū videt con
dicionē mutare: quod in his locis verba coniūgim⁹. Nam cum dico
circum littoꝝa: tāquam vnum dico dissimulata distinctione. itaq; tan
quam in vna voce vna est acuta: quod idem accidit in illo Troie qui
primus ab oris. haec Quintilian⁹. z subdit. separata vero haec a prae
cepto nostro nō recedent. Quod peride est ac si dicat praepositiones
suo casui praepostas cum illo coalescere: cōmunemq; accentum ha
bere: quādo quidē vna vox vtraq; particula cēsetur: ita tamē vt prae
positionis syllabē omnes grauetur: z accētus accōmodetur dictioni
cui praepositio illa deseruit. Quod si praepositio separet: qđ potest
fieri cum contra naturam suam postponitur: vt cum Vergilius dicit
transraper et remos: et alio in loco. Errabāt acti fatis maria omnia
circum: aut per se praepositio sine suo casu profertur: vt cum dico cir
cum praepositio iūgitur accusatiuo: palam vero ablatiuo: tunc Qui
tilianus dicit quod tales voces a praecepto suo non recedent: hoc est
quod sequentur regulas accentus latini perinde ac si essent per se di
ctiones. Quod vero Quintilianus ait distinctionem illam siue dif
ferentie causam in aduerbijs tantum vendicasse quosdam: id sibi nō
placere ostēdit: cum regulas proponēs: nihil excipit. Sed neq; legi
quemquā: cui⁹ auctoritas admitti debeat: qui hoc scripserit. Neq; au
diui quemquam virum doctum: qui huiusmodi loquēdi ratione sit vs
sus. Quod si quis mihi Priscianum obiecerit: qui nō nihil huic prae
ceptioni obstat: vt me aliquādo tātis questionibus explicem: princi
pio nō admittam libellum: qui sub illius nomine inscriptus de accen
tu vulgo circumfertur: idē doctissimorum consensu atq; compluri
bus argumentis facile comprobatur. Nam quē de aduerbijs libro
quinto decimo atq; de alijs partibus orationis alijs in locis scripsit:

non sunt multifacienda: cum habeam auctores optimos quorum testi-
monia possim illi opponere. Serui⁹ in illud ex acneidis vergiliane
libro sexto: illius ergo venimus. Ergo inq̄t cōiunctio fuit: sed p̄ accēt⁹
mutationē in aduerbiū trāsit. ⁊ est sola particula que habet in fine ac-
centū circūflexū. Q̄d si sola: igit̄ alias aduerbiū loci ⁊ tēporis non cir-
cūflexit: id q̄d Priscian⁹ putat. Idē quoq; præcipit cōposita ab in-
de tertiā a fine debere acui. vt deinde. ex inde. p̄inde. perinde. ⁊ a quā-
do. vt aliquādo. nequādo. siquādo. quā pungēdi rationē Aldus ma-
nuti⁹ sequit̄: d̄ quo q̄d nos sentiam⁹: postea dicem⁹. Idē adhuc Prisc-
cian⁹ asserit ab horsum cōposita: vt dextrosūm. sinistrosūm. deorsūz
seorsūm. et ab hac particula versus cū postposita cōponit̄: vt italian
versus: siciliā versus: eadē quoq; tertiā a fine acuer: non ob aliā ratio-
nem: nisi vt sub vno accētū prolata demōstrētur esse cōposita. Non
tamē in eadem perstat sententia: sed affert q̄d huc aliam causam mi-
nus aptā: quā sibi magis placere dicit: particulas videlicet illas hor-
sum ⁊ versus habere vim quādā inclinādī ad se nomina supraposita:
quemadmodū ⁊ illa que neve: quas vocāt encliticas ex eadē ratione.
de quibus mox. Eandē cōpositionis causam esse dicit cur illa mutēt
accentū ex penultima in tertiam a fine. deinceps. de repente. de ipso
uiso. ⁊ a p̄pter cōposita. vt ea propter. quapropter. et a lōge. vt de
lōge. a lōge. et a circū. vt circū circa. id circū. ⁊ cōplura alia ad hūc mo-
dum vt dumtaxat. ex aduersum: q̄ omnia et Quintilian⁹ ⁊ doctorum
vsus excludit. Sunt præterea differentiē causa accētū acuto in
ultima p̄ferēda esse illa p̄fecto. porro. immo: ne videant̄ coincidere
cum datiuīs quorūsdam nominū. Cur nō ⁊ aduerbia illa que ipsa dati-
ui terminatione similia sunt quibusdā nominib⁹ adiectiuīs. vt falso cer-
to. manifesto. consulto. crebro. auspicato. augurato. sedulo. precario.
merito. raro. modo. cito. Ad quod istī respōdent id nō debere fieri ni-
si in illis tantum: vbi auctores differentiā facere voluerūt. Sed qui tā-
dem obsecro sunt istī auctores: vbi latent: vnde sunt petendi? Rōne
cōmodius multoq; simplicius est Quintilian⁹ præceptū qui nihil ta-
le nos curare præcipit: sed tantū vt accētus latini regulas teneam⁹?
Quod si vt ille ait cōsuetudo vicerit: vetus lex sermonis abolebit̄: to-
tū hoc negotiū q̄d grāmāte appellam⁹ nomē ē inane. Sit apud grae-
cos accēt⁹ ratio difficilior: sit apud nos quā breuissima. Habeāt illi ac-
centus magis varios: q̄ plures habēt dialectos hoc est loquēdi gene-
ra. sit nobis vnū atq; simplex dicēdi gen⁹. Sit illis quātūcūq; volent
accētus suaves atq; ipsa varietate dulces: dū nobis relinquāt grāuita-
tē atq; cōstantiā: q̄ musas colimus seueriores. Abaneat igit̄ nobis in

Sex.

Inde

Quādo

Horsum

hac parte fixū indubitatūq; p̄ceptū: siue fiat cōpositio ex diuersis
particulis siue inuicē aponatur: semp̄ obseruādos esse tenores ex p̄-
positis ḃ latino s̄mone regulis hoc est nūquā in fine acuēdā aut circū-
flectā esse syllabā: nisi in ijs que sunt syllabę vni⁹. Neq; dicēdū cū im-
perita multitudine vna. plane. sane. pone. fere. ferme. ergo. alias. sed
ecōtrario priori acuta: sequēti vero deiecta. Q̄d si penultima p̄ natu-
rā fuerit longa: in eadē accētū debere collocari. Neq; cum vulgo p̄fe-
ras prima acuta adp̄me siue apprime: s; media adp̄me siue apprime:
q; eadē ē lōga. nō enī uero siue at uero: antepenultima acuta: s; penul-
tima enī uero at uero. Q̄d si fuerit breuis: i tertiā a fine eē trāsserēdū: si
dictio sit cōposita. vt i illis admodū que admodū. p̄p̄modū. postmo-
dū postmodo. q̄dāmodo huiusmodi: istiusmodi. Si vero p̄positione
nō coalescāt: suo queq; accētū erūt p̄ferēda. vt si trib⁹ particulis solu-
tis dicas que ad modū. Idē quoq; dicēdum de illis multo magis siue
multo magis. quātomagis siue quātomagis. multomin⁹ siue multo
minus. paulominus siue paulo min⁹. nihilomagis siue nihilo magis.
nihilomin⁹ siue nihilo min⁹. Ex hac ratiōe tenus p̄positio cū post-
ponat semp̄ cōtra naturā p̄positionis si cōponit: remittit accētū ad
syllabā p̄cedētē vt hacten⁹. quatenus. Si vero nō cōponit: suum p̄
se accētū retinebit. vt crurū ten⁹. capulo ten⁹. pube ten⁹. Illa tamen
que corrupta in cōpositionē veniūt: siue ita coeunt vt nō possint sepa-
rari: si penultimā habēt breuem regulā accētus generalē sequitur. vt
aliubi. sicubi. inibi. identidē. indidē. interealoci. obiter z huiusmodi.

¶ Secūdo inquā accētus latini regula fallit in dictionib⁹ abscissis:
q; in eadē syllaba retinēt accētū: in qua fuerat ante abscissionē. quem-
admodū in nominib⁹ p̄p̄ijs secūde declinationis in ius syllabas de-
sinētib⁹: que. us. mutata in. e. apud antiquissimos formabāt vocādī ca-
sum. vt hic vergili⁹ o vergiliē. hic ovidi⁹ o ovidiē. hic mercuri⁹ o mer-
curiē. antepenultima acuta: p̄pterea qd penultima breuis est. Deide
us. finali abscissa sequēs atq; p̄inde saeculū eruditius ptulit o vergi-
li. o ovidi. o mercuri. accētū acuto in eadē syllaba hoc est i penultima:
quāquam sit breuis: qd est cōtra latini sermonis regulā. Quis hoc di-
cit? Priscian⁹ opinor in secūdo de octo partib⁹ orationis volumine:
cū de vocatiuo singulari declinationis secūde agit. At qui. p̄. Rigidij⁹
figulus apud Seliū libro noctiū atticaz duodecimo aliter sentit: reij-
ciēdū esse videlicet accētū in tertiā a fine quonā penultima sit breuis
Rigidij verba refferēte Seliō ex grāmaticorum commētariorum li-
bro quarto z vicesimo sunt huiusmodi. Uolucatio inquit qui pote-
rit seruari: si nō sciemus in nominibus vt Valeri vtrū interrogandi

an vocādi sint casus? *Mā* interrogādi secūda syllaba supiori tono est
 quā prima. deide nouissima deijcā. At in casu vocādi supiori tono est
 prima: deide gradati descēdūt. Sic qdem *Migidi*⁹ praecipit. s; si q̄s
 nūc inq̄t *Claleriū* appellās in casu vocādi secūdū praceptū *Migidi*⁹
 acuerit primā: non multū aberit: qui rideat. *Hec Bēli*⁹. vocationē
 appellat *Migidi*⁹: quē nos accētū. Casum interrogādi: quē nos geniti
 uum: q; pillū interrogam⁹ cui⁹ est aliq̄ res. casum vocādi quē nos vo
 catiū. Sed cur in vocatiuo *Migidi*⁹ acuit tertiā a fine: et genitiuo pe
 nultimā: illa nimirū ratio est: qd̄ vocatiuus. i. simplici: genitiu⁹. i. dupli
 ci scribit: quē plate coalescūt in syneresin: retinēt tamē! p̄modum
 vim suā. Sed dic mihi rogo te: vtri magis credēdū esse cēses *Priscia*
 no homini nouicio atq; omnium reprehēsoni obnoxio: an *Migidio*
 omnū iudicio viro eruditissimo: *Nemo* est hodie vel mediocriter in
 relitteraria doct⁹: q̄ nō in *Prisciano* aliqd̄ desideret. aliqd̄ detrahat.
 aliqd̄ scriptū negligētius existimet. Idq; iā vulgo p̄uasum est: vt illi⁹
 auctoritas nō admittat: nisi in ijs tātum quē alioꝝ testimonio probat:
 aut quē alioꝝ sentētiaē dūtaxat nō aduersent. At de *Migidio* figulo
 audi qd̄ *Bēli*⁹ in libri vndeciesimi libri calce scribat. *Aetas* inq̄t. *Ab*.
Ciceronis et. *L. Lesaris* praestantes facundia viros paucos habuit:
 doctrinaꝝ autē multiformū variarūq; artū: quib⁹ humanitas erudi
 ta est: culmina habuit. *Ab*. *Clarronē*. et. *p*. *Migidiū*. et quē sequūtur.
 Sed obijciet mihi quispiā rursus: cur igit̄ cōtra *Migidiū* praeproptio
 nem dedisti: quod abscissione accentus latini regula fallit? *Nimirum*
 quia illud vulgo proponebat: sed quid ego ea de re sentirem in com
 mentationibus: in quibus cū eruditioribus loquor: manifeste ostēdi.
Quāquam. *p*. *Migidius* inquam vir sui saeculi praeter vnum *Lice*
ronem omnū eruditissim⁹ putauerit in casu vocādi hui⁹ nominis va
 lerius: primam accētū acuto esse proferendam. *Quod* et si *Bēli*⁹ scri
 bit non desuisse qui irriderent: ego tantum *Migidio* tribuo: vt cum
 eo libentius velim errare: quam cum omnibus neotericis litterato
 rib⁹ verum dicere. Scribit praeterea *Priscianus* libro quinto: quod
 nomina in. as. desinentia si sunt latina et patria: debēt in fine circūfle
 cti: vt arpinas. sussenas. capenas. affertq; eius rei causam: quia per
 synepam proferuntur. antiquissimi enim hic et hec arpinatis et hoc
 arpinate proferbant. Idem quoq; de pronomīnibus illis nostras
 et vestras vult intelligi. *Quintilianus* certe nihil tale praecipit:
 neq; quod ego legerim: alius quisquam hoc scripsit: cuius modo au
 toritas sit recipienda. *Nam* quod probus grammaticus in illud
Vergilij ex tertio aeneid̄is humo sumat neptunia troia: scribit expo

nendū esse fumat pro fumauit: atq; idcirco fumat vltimā debere cir-
cūflectere: merito a seruiō in eodē loco explodit: neq; vllō modo ē ad
mittēdū. S; neq; illa que sunt a dico. is. duco. is. ⁊ facio. is. cōposita: q̄
abijciunt. e. litterā finalē in secūda p̄sona singulari presentis impari
modi: alio modo sunt p̄ferēda: quā secūdū regulas accētus latini. Si
cut neq; aduerbia illa isthuc illuc. isthic illic. et similia. neq; obstat qđ
sunt abscissa ab eo qđ est isthuc. illuce. iā donec siue ex eo qđ est abscis-
sum ab eo qđ donicū: siue ex regula de accētū latino tradita primā cir-
cūflectit.

Tertio inquā accētus latini regula fallit attractione: si-
ue inclinatione: ex natura vt aiunt quarūdā particularū: quas dicunt
habere vim attrahēdi siue inclinādi ad se vltimā syllabā dictiōis prae-
cedētis. Graecitāmē aliter dicūt appellari apud se quasdā particulas
encliticas hoc ē inclinatiuas: nō qđ ad se inclinēt vltimas dictionum
precedētū syllabas: s; qđ ad illas suos accētus remittāt. Sed siue hoc
siue illud sit: qđ ad rationē plationis attinet: nihil refert. Sed habeāt
graeci huiusmodi particulas inclinatiuas: q̄bus est cōsuetū acnere vlti-
mas dictionū syllabas: id quod apud illos habere nescio quā suauita-
tē *Quintilian*⁹ dicebat: Latini s̄monis cōsuetudo huiusmodi accen-
tus q̄si pegrinos penitus reformidat. Quis igit̄ praeceptū illud pri-
mus induxit: aut vnde factū est: qđ tā prinaciter indoctorū animis in-
sederit: vt nihil sit: qđ maiori cōtētione defendāt? Quib⁹ astipulatur
nō infime cōditionis homines: s; maximi in relitteraria viri. Atq; im-
primis *Aldus manuti*⁹: qui nūquā aliter pūgit libros: quos p totū oz
bem terredisp̄git. Sed quid si *Quintilian*⁹ nihil tale praecipit? Quid
si nemo est hodie: qui vix doctū ita loquētē audierit: neq; opinor *Aldus*
ipse sic vnquā est locutus. Igit̄ *Aldus*: quispiā dicet: aliud facit:
aliud praecipit. Sic ē p̄fecto. plenaq; huiusmodi errorib⁹ est vita. Sed
in hoc peculiare quiddā accidit: vt cōtra falsum praceptū: recte homi-
nes loquant̄ eruditi: alijs in reb⁹ ediuerso bene praecipiat: ⁊ agāt ma-
le. Sed esto syllaba inclinatione particule incūbēs acuēda sit id qđ est i
nostris praeeptionib⁹ traditū: num ita debet acui: vt isti faciūt: hoc
est excitato ac vehemēti quodā sono? Cur igit̄ dedisti nobis praep-
tū qđ erat postea dediscēdum? Nimirū quia illic cū vulgo hoc ē cum
pueris rudib⁹: cū praep̄torib⁹ parū eruditis: cū sacrificulis ⁊ edipis
res agebat. Qđ gen⁹ hominū nihil p̄bat: nisi qđ didicit: atq; plerūq;
nouitatib⁹ offendit. Quos cū recta nō possem⁹ adoziri: dolis fuerunt
circūueniēdi. Dixim⁹ nāq; huiusmodi syllabas nō incitato illo accētū
p̄ferendas: quē latinus sermo recusat: s; demētiori ⁊ q̄lis est fere quē
ipsi moderatū appellabāt. Idq; testati sum⁹ in cōmentationibus nr̄is

in quibus nō tam discipulos quā praeceptores artis litterarię institui-
tuim⁹. Sed de his hacten⁹. nunc ad reliqua pergamus.

Diximus accētus latini regulam q̄rto deficere interrogatione: quo-
niā vltimas clausulaz syllabas interrogando suspendim⁹. Quō nīmiū
ecclesiastici faciūt: cū psalmos. pphetias. epistolas. euāgelia. ⁊ docto-
rum expositiones populo audiēte. p̄nunciāt: vel potius subobscure cā-
tant: atq; vno ppe ductu syllabas omnes efferūt: nisi q̄ten⁹ diffictio-
nis gratia quasdā sesquitono: quasdā diapēte hoc est tribus tonis cuz
dimidio submittūt. At cū est interrogādū: quartā a fine deiciūt semi-
tonio: tertiā sesquitono: deinde penultimā tono: atq; vltimā rursus
attollūt sesquitono: vt sit vltima syllaba par quīte p̄cedēti. Quā
monotonian. idest eiisdē soni similitudinē fugiēdam esse i p̄nūciatio-
ne Quintilian⁹ praecipit. Neq; enī omnia submisso: neq; omnia ela-
to neq; oīa medio quodā sono: atq; sub vno deniq; aspectu sunt p̄fe-
rēda: s; faciendū sunt quidā dictionū syllabarūq; flex⁹: put verboꝝ aut
sentētiarū aut ad sequētia trāsitus ratio exegerit. Aliter nāq; caesum
claudimus recitando iuuenalis illud.

Semper ego auditor tantum: nūquam ne reponam

Clexatus toties rauci theseide codri?

Aliter illud eiusdem.

Nonne libet medio ceras implere capaces

Quadruiuo: illic nāq; acūm⁹ finē: at hic grauamus. Ita q; nulla de
his certa regula tradi magis potest: quā de interiectionib⁹: quas om-
nes scribūt p̄ mentis nostrę affectu aut p̄ arbitrio esse p̄ferēdas. Au-
dini ego nup Bernardū gentilē siculū ordinis predicatorū fratrē: qui
carmina sua quēdā mihi recitās accentu accuro omnes clausulas non
sine decoꝛe ac venustate finiebat. Deficiūt praeterea latini accēt⁹
regule idiomate: hoc est cum dictiones peregrinae sermoni latino mis-
cent. de quo in calceitroductionum latinarum diximus.

Hebreę voces plerumq; in fine acuntur.

Non tamen ⁊ semper: quia saepe in fine grauantur:

Id quod alexander deceptus forte putauit.

Si casus graecos vsurpet sermo latinus:

Accentu graeco talis vox est referenda.

Braeca sit at si vox sed declinata latine:

Accētus noster casus moderabit illos.

Itam quēadmodū in tertia repetitione dixim⁹: de accētū latinarū
dictionū multa a multis p̄dita sunt. at de hebraicis ⁊ graecis cum in
sermonē latinū nō mutata litteratura transferunt: quo essent accētū
p̄ferendē: neminē adhuc certi quicquā p̄didisse. Quo in loco ⁊ si non

nihil de accētū graeco attigim⁹: atq; illa eadem ex parte cōiectim⁹ in
quoddā opus: qđ cum eisdē introductionib⁹ vulgo circūferi: nō tamē
pigebit me nūc ea ipsa repetēs iterūq; iterūq; monere. Neq; enim for
tasse ad rē tam insuetā atq; proinde a plerisq; ignoratā vna via pue
niri potest. Igit̃ hebraicis vocib⁹ in aliud tēp⁹ reiectis: de graecoz
dictionū accētū: quē sermoni latino intermisceri cōsueuerunt: pauca i
presentiarū perstringem⁹. Ne omnes cū apud illos in quinq; declina
tiones distribuant̃: a nobis in tres dūtatur priores reducunt̃. Nam
per quartā z quintā nullū est graecū nomē quod inflectat̃: sed neq; la
tinū quod qđ sit ppriūm. Nomina quoq; in quib⁹ declinatio graeca
cū suo accētū ab autorib⁹ vsurpat̃: maiori ex parte ppria sunt virozū
aut foeminarū siue locoz. Quē quoniā in alterā linguā non debēt trās
ferri: nō sin e causa interpretēs cū sua litteratura plerūq; reliq̃rūt. Id
quod est a septuagita obseruatū: qui ex hebreo i graecū sermonē trās
ferētes raro ex pprijs nominib⁹ quicquā imutarūt. Posteriores au
daci⁹ ex adā adam⁹. ex abraam abraam⁹. ex iacob iacob⁹. ex ioseph io
sephus. atq; ad hūc modū alia cōplura interpretātes. Pari quoq; mo
do latini ex graeco nomia ppria vertētes cū sua litteratura plerūq;
reliquerūt: nōnumquā illis declinationē suā cū reliquis accidētib⁹ ac
comodarūt. Hinc Quintilian⁹ de grāmatica differēs: Recentiores in
quit instituerūt graecis nominib⁹ graecas poti⁹ declinationes dare:
quod tamē ipsum nō semp fieri potest. z subdit. Ahibi autē placet lati
nam rationē sequi quousq; patit̃ decor. Neque enim calypsonē dixē
rim vt iunonē: quāquā fecutus antiquos caesar vti hac ratione decli
nandi: sed autoritatē inq̃t consuetudo superauit. Hoc praeterea
vbi de graeca declinatione: errant inquit q̃ didonis aut mātonis di
cūt genitiū. z vocū asperitas z veterū autoritas eiusmodi declinatio
nem repudiāuit. Quod si graecoz nominū graecā declinationem ad
mittim⁹: z accēt⁹ quoq; graecos cū illis recipiam⁹ necesse est: id quod
omnes ad vnū tam antiq̃ quā recētiores grāmatici cōfiterūt. Nomī
nū itaq; graecoz: aut eoz quē p graecā declinationē inflexa latino ser
moni miscētur: nominatiui terminatiōes parti sunt mere graecę. par
tim mere latine. parti graecis atq; latinis cōmunes. Adhuc graecas
voco illas: q̃ nō admittūt casus latios. mere latinas: q̃ nō admittunt
casus graecos. cōmunes: q̃ sub eadē graeca terminatiōe possunt grae
ce simul z latine declinari. Potest tamē fieri vt i q̃busdā magis sint i vsu
casus graeci quā latini: atq; ediuerso in q̃busdā magis latini quā grae
ci. Adhuc graecę terminatiōes sūt ille: q̃s grāmatici declinatiōi latine nō
iterposuerūt. Hęc sunt i. a. lōgā q̃ ad p̃mā declinatiōē referūt. vt nemea
as. In. e. lōgā q̃ ad eandē p̃mā. vt helene. es. in. o. lōgā: quē ad tertiā z

vt sapho saphois. et p syneresin saphus. In. os. et in. on. breues: q̄ ad
 secūda. vt ilios vel iliō. iliū. Abere latine sunt: q̄ graecos casus non
 admittūt. quē admodū omnes q̄ ex terminatione graeca i latinā litteris
 imutatis sūt trāllatē. vt ab helene. es. helena. e. ab atrides. u. atrida. e.
 Comunes sunt aliē omnes q̄ sub eadē terminatione graece z latine pos-
 sunt dclinari: nisi qd̄ vt paulo ante dixim⁹ latini alijs casib⁹ magis quā
 alijs vtunt. puta in tertia dclinationē accusatiuis vtriusqz numeri po-
 ti⁹ quā genitiuis. z gēitiuis quā datiuīs. In secūda q̄qz accusatiuo z vo-
 catiuo frequēti⁹ quā genitiuo z genitiuo q̄ datiuo. Ablatiu⁹ tñ q̄ grae-
 ci carēt: semper it latin⁹: ac p̄ide accētū ac dclinationē latina moderā-
 d⁹: p̄fertis cū latina terminationē coiciderit. Itā in mere graeca dclina-
 tione ablatiu⁹ datiuo poti⁹ assimulabit. Sz antea quā d̄ singulis dicā
 explodēda mihi ē hoc iloco Aldi manutij ratio: q̄ ex Quintiliani prae-
 cepto vti i accētib⁹ papices designādis. Itā in terminationib⁹ illis que
 sunt graecis atqz latinis cōmūes: ego nō video cur graecos poti⁹ quā
 latinos sequat⁹: Itā si fortasse qz magis fauet graece quā latine lectioi.
 siue vt nos homines latinos cōtemnat: graecis se vocib⁹ iactat. Qd̄ si
 iā terminationes ille sunt latinitate donatē: atqz omnīū cōsensu in
 latias receptē numerat⁹: q̄ tādē cacozelia ē alienis quā patrijs vti mal-
 le? Itē quē admodū ego illi facile assentior in mere graeca dclinatione:
 ne: ita in cōmuni penit⁹ dissentio. Itaqz ob hāc causā inter accēt⁹ grae-
 ci regulas p̄posita ē a nobis vigesima his v̄bis. Nominatiu⁹ atqz p̄
 de vocatiu⁹ singularis terminationē habēs cōmunē graecis z latinis:
 tamen si accētū graeco z latino p̄ferri potest: mixt⁹ tamē sermoni lati-
 no secūdū regulas accētus latini p̄ferend⁹ est. In sermone vero grae-
 co accēt⁹ graeci regulas sequat⁹ oportet. Esto exēpli causa hoc nomē
 atreus: quod tam a graecis quam a latinis per eus diphthongon pro-
 fertur: quam terminationem latini suam fecere: atqz accentu accuto
 in p̄ma ptulerūt. Atq̄ Ald⁹ manult accētū accuto i vltimo notare: quē
 admodū z oia alia noīa similit̄ cadētia puta pēthe⁹. these⁹. p̄methe⁹.

Tertia regula est qd̄ nomina masculina aut foeminina aut duoz
 generū cōmunia: quē declinationis que ad tertiā nr̄am referūt: mit-
 tūtqz nominatiuū z vocatiuū pluralis in. es. cōmunez graecis atqz la-
 tinis terminationē genitiui singularis vtriusqz lingue rationē sequūt-
 tur. illa modo differētia est: qd̄ graeci breuiāt latini vero p̄ducūt ter-
 minationē illā. vt quoniā apud grecos nomina terminata in. as. reci-
 piētia. d. in genitiuo acūt vltimā: penultima quoqz genitiui acuitur:
 atqz ex cōsequēti alioz casuū ex regula iferi⁹ tradēda. Esto exēpli cau-
 sa arcas. arcados. arcadi. arcada. o arcas. In plurali q̄qz arcades. A-
 pud latinos tamē qz huiusmodi nomina in obliquis breuiāt penulti-



mā: accēt⁹ transferē in tertiā a fine. vt arcas. arcadis. arcadi. arcadē. o arcas. ¶ Plurali nominatiuo z vocatiuo arcades. Lū itaq; Vergili⁹ in bucolicis dicit ambo florētes aetate arcades ambo: atq; ibidē arcades inuidia rūpanē vt illia codro: qz vtrobiq; es. breuiat: cōstat declinationē esse graecā z cōsequēter penultimā debere pducī. tametsi penultima sit breuis. Accusatiui tamen pluralis inter graecos z latinos manifesta est differētia ex terminatione: qđ illi in. as. breuē nos vero in. es. lōgam terminamus. qre illi arcadas penultima acuta: nos arcades antepenultima pferem⁹. Atq; pari modo de reliqs huiusmodi. Nūc ad singulas quinq; declinationum graecarū z triū latinarū terminations accedam⁹. Sed qđ sibi velit Quilian⁹: cū de accētū scribēs ait se iuvene doctissimos quosdā senes pferre solitos atre⁹ z nomina huiusmodi pma acuta: vt necessario secūda estz grauis: mibi nō liquet. Nā si terminationē illā in eis diphthōgō ex sermone graeco ī latinā declinationē admittit: recte pferēbāt senes illi. si nō admittit: pperā. Atq; omnes grāmatici illā admittūt: atq; inter secūde declinationis terminations cōnumerāt. Sz antea quā ad singula descēdā re petēde sunt ex eodē loco regulē due. Prima: qđ vltima dictionis syllaba existēte lōga: nō pōt accēt⁹ in tertiā a fine collocari: sz in penultima aut in vltima. Altera qđ in eadē syllaba collocat accēt⁹ in obliqs: in q̄ fuerat in recto. quē regula trib⁹ in locis deficit. pmo si in recto accēt⁹ sit in antepenultima: in obliqs vero vltima sit lōga: tūc enim ex regula supioz trāfferē accēt⁹ ī penultimā. vt apostolos. apostolu. apostolo. apostolon. o apostole. vel apostolos. in nominatiuo accusatiuo z vocatiuo antepenultima acutē in genitiuo z datiuo qz alter diphthōgo alter omega terminat: in penultimā trāfferē. Deficit qz haec regula in nominib⁹ quē ad tertiā nřaz declinationē referūt: quē ppretea qđ crescūt vna syllaba in obliqs: si accēt⁹ in recto ē in antepenultima: necesse ē in obliqs in sequētē trāfferat: quoniā accēt⁹ in q̄rta a fine collocari nō pōt. vt aenigma. habet in pma accētū: aenignatos in secūda. Tertio dicit haec regula in dictionib⁹ monosyllabis quē ad tertiā dclinationē nřaz referūt: quarū genitiu⁹ i. os. acutē: trāfferturq; accēt⁹ a pma in vltimā vt pā panos. cres. cretos. accusatiu⁹ q̄ frequēt vsurpat nominatiui accētū sequitur. vt pana. creta.

Prine igitur latine declinationis vna dūtaxat ē terminatio in. a. breui. recipit tamē z q̄tuo: graecā in. a. longā. in. a. breuē. in. as. et in. es. lōgas. quibus omnes suos casus cōmunicat. recipit inquam ex prima dclinatione graeca duas. in. as. et in. es. vt aeneas. anchises. quarū genitiuus exit in. e. diphthōgō. cui similis est datiuus. accusatiuus in. am.

Vocatiu⁹ in. a. breuē. ablatiu⁹ in. a. longā. Sūt q̄ hos casus nō a grae
ca terminatione in. as. aut in. es. s; a terminatione latina in. a. breui d̄
ducāt. et illud q̄d h̄ozati⁹ in. ij. sermo. scribit. ne q̄s humasse velit aia-
cem atrida vetas cur. 7 illud Quidij ex. iiii. meta. Te tamē oparui re-
ctor polydecta seriphi. illud p̄terea Senecē in agamēnone. Aggre-
diar te oresta furabor libēs. Illud q̄q; Abartialis Tereos aut coena
crude thyesta tua: nō ab eo q̄d est atrides. polydectes. orestes. thye-
stes: s; ab eo poti⁹ q̄d a trida. polydecta. oresta. thyesta esse deducta.
S; cur has duas latini magis nō recipiūt: quam alias de q̄bus paulo
post dicturi sum⁹: nō video. Sed q̄d ad rē attinet: plerique latinorum
fallunt: cū audiūt graecos: putātes q̄d illoꝝ verba ita sunt enūciāda:
quēadmodū ab illis p̄ferunt. Nā cū apud eos vltima existēte longa
accētus nō possit in tertiā a fine collocari: s; aut in eadē vltima aut in
penultima siue illa sit breuis siue lōga: cūq; nomina in. as. 7 in. es. desī-
nētia p̄ducant in hac declinatione: necesse est vt penultima etiā si
breuis sit acuat. Quare illi ex sua regula dicūt andreas. pythagoras.
p̄riamides. p̄thoides. Nos vero q; penultima est breuis: trās lato ac-
centu in tertiā a fine dicimus andreas. pythagoras. p̄riamides. pan-
thoides. Itaq; apud h̄ozatiū in. ij. sermo. quia ex declinatione grae-
ca legim⁹ pythagoran p. n. in fine: penultimā accētū acuto p̄feremus
Qualia in q̄t vincūt pythagoran anitiq; reū doctūq; platona. Apud
vergiliū q̄q; in tertio aeneidis ex eadē ratione p̄riamiden helenū gra-
ias regnare p̄ vbes. et apud h̄ozatiū in. p̄i. car. tartara p̄thoiden
iterū orco. In vocatiuo q̄q; apud eundē in. ij. sermo. Laertiade q̄d
q̄d dicā aut erit aut nō. Pari q̄q; sunt in errore q̄ obliquos: nā dere-
ctis nolo nūc digladiari: horū nominū esaiē. ieremiē. zachariē 7 simīlī
desinētiū: p̄ferūt in penultima accētū acuto: cū sint omnino casus la-
tini habeātq; penultimā breuē. Eadē p̄terea ratio nostros in erro-
rē induxit: vt nomina graeca secūde illoꝝ declinationis in. a. lōgam d̄
sinētia: penultimāq; breuiātia que cū apud illos eandē penultimā si-
ue vltimā acuat: ipsi q̄q; mutata etiā declinatione: quēadmodū 7 illi
p̄ferūt: cū deberēt ex accētus latini regula tertiā a fine acuere. 7 p̄ eo
q̄d illi dicūt sophia. philosophia. theologia. astrologia. nemea. penul-
tima acuta: ipsi p̄ferre deberēt sophia. philosophia. theologia. astrolo-
gia. nemea. accētū in tertiā a fine ex ratione declinationis latine: que
vltimā ex lōga in. a. breuē cōmutauit. Qd si lōga vspiā repiāt: itelligi-
mus declinationē esse graecā: atq; p̄inde accētū graeco p̄ferendum.
Quēadmodū apud Papiniū in. v. theba. 7 faciliis nemea latas euo-
luere vires. Quem locū Priscian⁹ libro. vii. citās. nemea inquit: quia

seruauit. a. pductā accētū in penultima retinet acutū. Nō deerūt for-
tasse q̄ dicāt in papinio legēdū esse p nemea nemeē. aut p caesurā po-
ni breuē p lōga: vt accētū latino pferat nemea p̄ma acuta. Sed nibi-
lomin⁹ regula vtriusq; lingue in vigore suo pstat. Nā vero quis etiam
ex doctissimis q̄busq; nō peccat in pferēdis nominib⁹ in. e. lōgā desinē-
tib⁹: que omnia ex mere graeca declinatione inflectūtur: in illis prae-
sertim que habēt penultimā breuē. Nā cū deberēt illa enūciare accen-
tu graeco: ipsi latino pferūt. vt penelope p penelope. calliope p cal-
liope helene pro helene. erigone p erigone. danae pro danae. eurydi-
ce p eurydice: z fere ad hūc modū nomina ppria foeminarū praeter
admodū pauca. vt agauē. canache: acuentia vltimā. Nomina quoq;
regionū. vrbū z insulaz. vt libye. p libye asine p asine. ithace p ithace.
melite p melite. et nomina possessiua in. ce. desinentia. que acutū vlti-
mā. vt grāmaticē p grāmaticē. dialecticē p dialecticē. musicē p musi-
cē. ethicē p ethicē. A recto etiā in. a. breui terminato: cui⁹ penultima
pducit: acuiturq; antepenultima: accēt⁹ vsurpat. vt apud Papiniuz
libro. vij. thebaidis. Nāq; ferūt raptā patrijs aeginā ab vndis. p quo
ineruditi dicerēt aeginan penultima acuta siue circūflexa: quoniā est
p naturā lōga. Secunda declinatio latina quinq; que habet proprias
terminationes in. er. ir. ur. um. us. Recipit quoq; vñā graecis atq; la-
tinis cōmunē in eius. diphthōgō. Cui⁹ nominatiuus quē admodū pau-
lo ante dixim⁹: in sermone latino latin⁹ poti⁹ quā graec⁹ cēseri debet:
atq; idcirco pferēdus est accētū latino: hoc est penultima acuta: cum
apud illos vltimā acuat. Ex hac terminatiōe latini omnes casus atq;
p inde accēt⁹ graecos vsurpat. vt tere⁹: p eo qđ illi dicūt tere⁹. In ge-
nitino tereos penultima acuta. vel terei p syneresin accētū in fine cir-
cūflexo. nā terei. p. ei. solutas latinus est. Martialis. flet philomela ne
fas incesti tereos z q̄. Vergili⁹ in buco. aut vbi mutatos terei narraue-
rit art⁹. In datiuo terei p syneresin q̄q; sicut orphei. Idē in eodē ope
Orphei calliopea lino formosus apollo. Nā orptheo z tereo latini es-
sent casus. In accusatiuo terea z orphea penultima acuta. Iuuenalis.
alcinoen bacchi thebas z terea fausti. Vergili⁹ in buco. Orpheaq; in
medio posuit: siluasq; sequētes. Tereū nāq; z orpheū casus latini sūt
Vocatiuus fere semp vsurpat a latinis: circūflectitq; vltimā. vt o te-
reu. o orpheu. Quidius. li. vj. metha. vt voluere ambe voluisti tu q̄q;
tereu. Vergili⁹. iiii. geoz. Illa q̄s z me iquit miserāt te pdidit orpheu.
atq; ad hūc modū reliqua in eius diphthōgō desinētia: q̄ sunt. ppe inu-
mera. vt tyde⁹. tydeos. thydea. tydeu. pele⁹. peleos. pelea. peleu. the

seus. theseos. thesea. theseu. achorē⁹. achorēos. achorēa. achorēu. pē
the⁹. pētheos. pēthea. pētheu. pmethe⁹. pmetheos. pmethea. pme
theu.

Recipit etiā duas in. os. et in. on. lōgas: q̄s illi p̄ tertiā attri
coꝝ declinationē inflectunt. vt androgeos. androgeo. androgeo an
drogeō. o androgeos. athos. atho. atho. athō. o athos. h̄aec declina
tio cū suo accentu a latinis nōnūquā vsurpāt. Vergili⁹. ij. aenei. An
drogeos offert nobis socia agmina credēs. Idē. li. vi. In foro loctuz
androgeo. tū p̄dere poenas. nā androgeo genitiu⁹ est grecus attic⁹.
Iuuenalis. credit̄ olīm velificat⁹ athos: z q̄d q̄d grecia mēdax. z Ver
gi. primo geoz. aut atho: aut rhodopē. h̄ac q̄q̄ declinationē iterpres
vsurpauit in epistola ad corinthios prima. Ego quidem sum Pauli
ego autem apollo: qui genitiuus est graecus ab eo quod apollo. Idē
in eadem. de apollo autem fratre notum vobis facio. qui ablatiu⁹ da
tiuo attico similis est. Idem in epistola ad titum apollo inquit solici
te permittite: qui accusatiuus quoq̄ atticus est. habetq̄ accentū in ter
tia a fine: tametsi penultima sit longa: quod est declinationis atticę
proprium.

De altera terminatione in. on. lōgam: nō succurrit exē
plū: quod vsurpetur a latinis. Recipit p̄terea z duas alteras in
os. et in. on. breues: que per quartam declinationem graecozū infle
ctuntur. vt ilios vel ilion. nam in vtraq̄ terminatione reperitur. et ab
eo quod est ilion. Vergilius. iij. aenei. dixit. ceciditq̄ superbum ilion:
et omnis humo fumat neptūnia troia. Ex hac terminatione maxime
in. os. latini frequēter casus rectos atq̄ ex obliquis accusatiuos vsur
pant cum suis accentibus: qui sunt apud illos tam varij: vt a nobis
de illis nihil certi tradi possit. Nam et penultima etiā per naturam
longa existente reijciunt accentum in tertiam a fine: quemadmodum
in ijs: que sequuntur. aglauros pro vna ex filiabus cecropis. acastos
pelie regis argiuozum fluii⁹. Laystros asiae proprie dicte filius. cephi
sos phocidis regionis fluii⁹. Tymolos insula vna ex cycladibus. Ly
parissos. viri et ciuitatis nomē. Corinthus ciuitas celebris. Erasinus
peloponessi fluii⁹. Epiros regio europe contermina macedonie. Eri
māthos fluii⁹ z mōs archadie. Euādroz viri nomē celebre. Helle spō
tos fretū celebre. Hermaphroditos idē q̄ ādroginos. Hyacithos flos
z lapis. Hymeneos nuptiarū deus. Bacchos idē q̄ bacch⁹. Learchos
athamātis filius. Leucipos nomē viroz. Abaeādroz fluius phry
gię. Marcissos floris z viri nomē. Olympos mōs multis in locis. De
loros p̄ montoriū scilie. Parnassos phocidis mons. Priapos insu
la. opidū hortoz deus. Polyphemos vn⁹ ex cyclopid⁹. Rhadaman

thosionis filii. Tyrānos violētus dominator. abydos ciuitas helles
pōti. Zacynthos insula in mari ionio. que omnia rationis huius igna
ri accētum penultima pferunt: ex eo decepti quod sit lōga. Mā quis
apud vergiliū in tertio aeneidis nō legit iam medio apparet fluctu ne
morosa Zacynthos penultima acuta. p zacynthos eadē graui: apud
Quidiū quoq; in hero. et quos tulit alta zacynthos pro zacynthos. z
apud ABarthialē. Cōsuluit nares an olerēt aera corithō pro corithon.
apud Ithoratiū tamē qz declinatione latina vsus est: legim⁹ cōtigat ad i
re corinthū penultima acuta. Quidi⁹ in epistola Leādrī. In speculis
omnis abydos erat. atq; rurſus ad leādrū Ihero. Si q̄s abydo vene
rit: aut quero si quis abydō eat. sed qz ablatius mere latinus est: ac
cētū latino est proferendum abydo quemadmodum apud Uergili
lium p̄i. georgi. z ostriferi fauces tentantur abydi. Nam quod Lu
canus in. ij. dixit: sestonq; admouit abydo: quāquam datius ille cō
munis est graecis z latinis: nihilomin⁹ tamē ex ijs que dicta sunt accē
tu latino est pferend⁹. Atq; e diuerso cōplura sunt penultimā haben
tia breuē eandēq; acuentia. vt a phago quod est comedo. z aphoreo
quod est phero. et aphone siue phonos quod ē cedes cōposita: cuius
modi sunt pāphagos. sarcophagos. lotophagos. dozyphoros. nice
phoros. carpophoros. nebrophonos. leontophonos. myophonos. z
ad hunc modū alia innumera que sub regulā nō cadūt. Ex sermonis
praeterea graeci idiomate nō pauciora sunt acuentia vltimā. vt iape
tos. oceanos sperchios. silenos. rhodanos. apidanos. aeacos. z deno
minatiua exeūt in mos. vt barbarissimos. solecissimos. pleonassimos.
porthmos. isthmos. et nomina possessiua desinētia in cos. vt grāma
ticos. dialecticos. rhetoricos. dicticos. historicos. z multa alia que ni
mero cōprehēdere nō est: quoz accētus cum terminatione in rectis z
obliq; ab autozib⁹ vsurpāt. s; accusatiui vt paulo ante dixi frequēter
alij casus raro. vt apud cosinographos hesperu ceras. i. p̄mōtozium
hesperi. z heliutrapeza. i. solis mēsa. z in plurali theō ochema. i. deoz
curi⁹. Tertia dclinatio terminatiōes habet aliquāto plures quā
graecoz quinta. que ad tertiā n̄am referūtur: de qb⁹ p ordinē nunc
est differēdū. Igit in. a. desinētia: que cōmunis ē graecoz z latinozū
mittētia genitiuū in. atos. tertiā a fine acūt in obliq;. vt dogma dog
matus. aenigma. atos. diadema. atos. Latini ex hac terminatione ge
nitiuuz pluralē plerūq; vsurpāt: q̄ p̄pterea qd̄ in. on. p. o. lōgū termi
nat que admodū z omnes alię partes orationis que p casus declinā
tur: accētum in penultimā attrahit. vt epigrāma. atos. z in plurali epi
grāmata. epigrāmato. ABarthialis in primo. tota not⁹ in yrbe martia

Nis argutis epigramatō libellis et nomē illud dei quod ē ineffabile te-
 tra gramatō cognominat. Clemēs quoq; a nostris frequēter in libris
 peristromatō citat. In. i. latinum siue. y. graecū desinētia quę ple-
 rūq; barbara sunt: atq; apud graecos dēclabilia sunt mittēria geniti-
 uum in. ios. vel in. yos. accētū habent in prima si bisyllaba. vt commi.
 ios. pro gummi. stimmi. ios. pro stibio. cici. ios. pro galla. meli. ios. pro
 melle. moly. yos. p radice quadā. Cui⁹ cōposita retrahūt accētū i ter-
 tiā a fine. vt hydromeli. oenomeli oxymeli. Poly syllaba q̄q; vt cinnia
 bari. pipi. sinapi. q̄ nos latinū faciētes in sinapis penultima circūflexa
 vertim⁹. Latini ex hac terminatiōe casus tāt⁹ recto similes vsurpant.

In. o. longū desinētia quę grecorū terminatio ppria est: generis
 foeminini vltimā acuūt: mittūq; genitiuū i. oos. aut i. us. p syneresin cō-
 tractaz accentu circūflexo. vt dido didoos vel didus. didoi vel didoi
 contractam didoa vel dido odido vel didoi. z eodem modo sappho
 sapphoos vel sapphus. manto mantoos vel mantus. clio clioos vel
 clius. erato eratoos vel eratus. echo echoos vel echus. calypso ca-
 lypsoos vel calypsus. spio spioos vel spi⁹. io ioos vel ius. ino oos vel
 inus. lapedo lapedoos vel lapedus. clotho clothoos vel clothus. La-
 tini ex hac terminatiōe omnes casus synaerizatos cū suis accētibus
 vsurpāt. Quidē in pmo d arte nec mihi sunt visae clio cliusq; sorores
 Idē in heroidib⁹. An nisi legisses aurois nomina sapphus. Clergi. vii
 aene. fatidice mānus z tusci fili⁹ amnis. Idē quoq; in q̄rto accusatiuū
 vsurpanit. Et nomine dido saepe vocatur. z in priapeis atlātiadēq;
 calypso. Hec de graecis nominib⁹ in vocalib⁹ terminatis: quae ad ter-
 tiā declinationē latinā referri possunt. nūc de iis: quę desinūt in conso-
 nantes: nō quidē omnes: sed in tres tātum liq̄das. n. r. s. z vnā dupli-
 cem. x. nā in. l. z. m. nullum graecū nomen terminat: sicut. neq; in ali
 quam ex mutarū numero.

In. an. igit oīa vltimā acuūt. vt titā titanos. paeā paeanos pelecā
 pelecānos. pāpanos. cui⁹ genitiuū Clergil⁹ in. viij. aenei. vsurpanit
 dicēs panos d more lycei. accētū acuto in fine ex regula supi⁹ tradita
 Accusatiuū quoq; in bucolicis. Abecuz vna in siluis imitabere pana
 canēdo ex eadem regula accentu in prima.

In. en. p. e. lōgū acuūt vltimā plerūq; vt hymē hymenos. lichen
 lichenos. aden adenos. solen solenos. trozen trozenos. siren sirenos.
 Nonnūquam penultimā acuūt. vt hellen hellenos. In. in. p. i. iota
 q̄ alterā q̄q; habēt terminatiōē in. is. vltimā acuūt vt d̄lphi vel del-
 phis d̄lphinis telchi vltelchis techinis. salamin vlt salamis salaminis.

eleusin vel eleusis eleusinis. In. yn. quoq; p̄ p̄psilō eādē rationē sequū
tur. vt phorcyn vel phorcys phorcynis. poltyn vl poltys polytinis.
In. on. longū quedā acunt finalē. vt sarpedon. gerion. amazō. ante-
don. chalcedon. carchedon. quedā acuit penultimā. vt platon. zenō.
theon. acherō. medō. laocoon. demophōō. hippocoō. que tria atq; his
similia circumflectūt vltimā: si due vltimę contrabantur in vnam per
syneresim. vt laocoon. demophon. hippocon. Ex quib⁹ alię mittunt ge-
nitium in. ontos. vt acheron. acherontos. medō medontos. laocoō
laocoontos. demophoon. demophoontos. hippocon hippoconotos
Quedam in onos per. o. longam. vt platō platonos. zenō zenonos.
theō theonos. daphnō daphnonos. q̄dā ionos p. o. breuē. vt daemō
demonos. canō canonos. iason iasonos. agamenon agamenonos.

In. yn. per. oy. diphthongon quanquā apud graecos sunt cōplura
mittētia genitiuū in vntos. haec terminatio nūquā a latinis vsurpāt.

In. ar. nūquā fere vsurpāt a latinis: nā qđ apud medicos frequēter
vsurpāt hepar hepatos latinis vox ē icognita p̄ eo qđ ē iecur iecoris.

In. er. longū desinētia vltimā acunt. vt foter foterōs. aer aeros.
aether aetheros. crater crateros. character characteros. cremaster cre-
masteros. climater climateros. physeter physeteros. spinther spin-
theros. Iber vero iberos in recto penultimā acuit in obliquis ante pe-
nultimam: quam nos producimus.

In. ir. per. i. iota. aut. yz. per. y. psilō rara sunt acuentia penultimam:
vt gadir gadiros. martyrz martyros.

In. oz. acuit proximam a fine. vt nestor nestoros. hector hectoros.
rhetor rhetoros. polymestor polymestoros.

In. as. masculina penultimā acuit. vt adamas adamatos. polyda-
mas polydamatos. abas abantos. apesas apesantos athamas atha-
mantos. atlas atlantos. chalcas chalcantos. cyphas cyphatos. cori-
phas coriphantos. elephas elephantos. gigas gigantes. pallas
pallantos. periphas periphantos. phorbos phorbantos. thaumas
thaumatos. thoas thoatos. Soemina vero vltimā acuit assumūt qđ
in genitiuo. d. vt acras acrados. dyas dyados. trias triados. ogdo
as ogdoados. heptas heptados. pallas pallados. lampas lampa-
dos. quam rationē sequitur vnū ex masculinis arcas arcados.

In. es. lōgā masculina penultimā acuit plerūq; ea que mittūt geni-
tiuū in. etos. vt crates cratetos. chremes chremetos. dares daretos.
cures curetos. laches lachetos. lebes lebetos. magnēs magnetos. ta-
estapeto s. thales thaletos. Et nomina quedā latina: que in grae-

cum sermonē traducta amittūt. n. atq; rursus in obliquis resumūt. vt
clemes clementos. cresces crescentos. pudes pudētos. prudēs prude
tos. vales valentos. Penultimā quoq; acūt ea que miteunt genitiū
in eos. vt composita a sthenos qualia sunt antisthenes antistheneos.
callisthenes callistheneos. demosthenes demostheneos. et a genos.
vt antigenes. origenes. hermogenes. z atelos. vt aristoteles. praxite
les. pyzoteles. Composita vero a deos synerizata circūflectūt vlti
mam. vt agathocles. pericles. sopheres.

In. is. polysyllaba foemina nō habentia duas terminationes que
mittunt genitiū in idos acunt vltimā. vt cnemis cnemidos. crepis
crepidos. et patronymica siue habentia formā patronymicoz. vt pri
amis priamidos. aeneis aeneidos. thebais thebaidos. pphetis pphe
tidos. poetis poetidos. calamis calamidos. eumēis eumenidos. sal
macis salmacidos. biblis biblidos. Quēdam tamen ex his acūt pe
nultimā. vt themis themidos. cypris cypidos. phasis phasidos. cure
tis curetidos. elis elidos. Quēdā acunt antepenultimā. vt sibiris.
charibdis. thamyris. adonis. theognis: quoz masculina mittūt ge
nitiū in idos. vt paris paridos. theognis theognidos. adonis ado
nidos. Aduertendū tamen quod mittētia genitiū in idos. per os
purū mittere possunt genitiū in. ios. more ionico. vt paris paridos
vel parios. memphis memphidos vel memphios.

In. ois. mittētia genitiū in. entos. penultimam acūt. vt pyrois
pyroentos. simois simoentos. opois opoentos.

In. ys. per ypsilon quēdam circūflectūt vltimā. vt ichthys ichthios
quēdā grauant eandē vt botrys botryos tiphys tiphyos. quēdā acu
unt: vt chlamys chlamydos. tethys tethyos. erinnyserinnyos.

hęc habui candidissimi auditores: que de accentu graeco
simul z latino vobis contra cōmunem omniū opinionem
traderem. Vos autē si michi auscultaueritis: precepta su
perius tradita sequemini: etiam si recētiorez grāmatistarū
obstre puerit: meq; alijs in locis aliter sensisse fuerit calu
mniatus.

Ex impressione hispalensi eodē Antonio formas castigan
te. Anno a salute xpiana. M. d. xiiij. decimo calēdas nouem
bris.











